



Iura Magnificorum D. D. Pagnanorum pro extrahendis aquis fluminis Olona per buccam appellatam de Vicecomitibus pro irrigatione pratorum de Margaritis alias territorij Cornaredi plebis Nerviani Ducatus Mediolani et nunc territorij de Lasernate dictae Plebis.

Anno 1398. per Illustrissimos Duces tunc Mediolani fuit concessum

Privilegium tenoris sequentis videlicet

Dux Mediolani &c. Papiae ac virtutum Comes &c. supplicationem recepimus pro parte Egr. Militum Ambrosij de Vicecomitibus. Dilecti nostri in forma scripta v. l. & Ex Dominationi Vestre humiliter supplicatur pro parte fid. vest. servitoris Ambrosij de Vicecomitibus militis quatenus, cum ipse supplicans s. quon. D. Lodovicius, ejus Pater, annis quinquaginta proxime praeteritis, ve circa fuerit in possessione derivandi, et derivare faciendi de aqua fluminis Olona per quadam rugiam, quae appellatur Rugia de Vicecomitibus in territorio loci de Cornaredo, sive etiam de Rpaude, Cumq. supplicans praedictus nuper fuerit molestatus, et quotidie molestatur per officiales Vestre Magnifice, et occupacionis dictae aquae per dictam Rugiam, dignemini, et attenda dicta antiqua possessione, et fidelitate, quam ipse supplicans habuit, et perpetuo habere intendit praefatam Dominationem Vestram mandare, quod ipse supplicans possit, et liceat derivari facere de dicta aqua per ipsam Rugiam pro ut hactenus derivavit, et hoc ut ipse supplicans non sit deteriorum conditionis, quam hucusque apud D. S. fuerit. Quo circa attendentes informationem quam habere volumus a Vicario et Duodecim Provisionum. Nec non Iudice Stratarum, et Sindico Communis nostri Mediolani per quam plena comprehenditur Rugiam de qua superius sit mentum ex ordinatione, et mandato quondam Magnifici D. Luchini Vicecomitis fuisse constructam, et post mortem ipsius fuisse relaxatam quondam D. Lodovico

De Vicecomitibus genitori ipsius D. Ambrosii, et abinde citra continue ipsum
D. Lodrisium usque quo vixit, et post eius mortem ipsum Dominum Ambro-
sium fuisse, et stetit in quieta, et pacifica possessione derivandi, et derivari faciendi
de aqua Olona per Rugiam suprascriptam, quae quidem excepta bantur a generali
prohibitione derivationis aquae Olona, vigore cuiusdam statuti Communis Nostri
Mediolani harum tenore volumus, et ex certa scientia eidem D. Ambrosio libera-
tate complacendo concedimus, quod possit libere, et impune uti, et gaudere beneficio
dictae derivationis aquae Olona praedictae, per Rugiam antedictam diebus dum-
taxat, quibus hactenus gavisifuerunt ipsiq. D. Lodrisius, et D. Ambrosius
memoratus mandantes, praedicto Iudici aquarum, et futuris, ac omnibus officii-
libus nostris ad quos spectat, et in futurum quomodo libet spectare poterit, quate-
nus, has nostras litteras inviolabiliter servent, et servari faciant. In quorum
testimonium praesentes fieri iussimus, et registrari nostrisq. sigilli muniri, et
roborari. Dat. Papiae die 14. Augusti 1398. Scripsit Jo. Antonius &c. Subscripta
Leo Vitali deputatus ad Notarij Officij Provisionum Civitatis Mediolani.

Anno 1419 fuit confirmatum, et denuo concessum infrascriptum Privilegium,
Dux Mediolani &c. Papiae Angleriaeq. Comes Recepimus parte Simonis, et Johanni
fratrum de Vicecomitibus, fil. quon. Domini Ambrosij Militis supplicationem
tenori infrascripti videlicet.

Illustrissime, et Excellentissime Dominationi vestrae Ducali supplicatur humi-
liter, et cum omni reverentia pro parte, et fid. ser. Simonis, & Joannis de Vicecomi-
tibus natorum quondam, et heredum spect. Militis Dni Ambrosij olim nati
Magnifici Domini Lodrisij, et cum ipsi supplicantes praenominatiq.
eorum Avus, et Genitor annis septuaginta, et pluribus praeteriti, vel circa fuerint,
et supplicantes praedicti sunt in possessione, seu quasi derivandi, faciendi de



Aqua Fluminis Olona per quadam Ruggiam, qua
appellatur Ruggia De Vicecomitibus in Territorio loci de
Raude, seu etiam de Cannaredo Ducatus vestri Mediolani, pro ut etiam ex
inspectione litterarum, nunquam delendae memoriae Illustrissimi quon. D.
Genitoris Vestri super hoc concessarum praefato Domino Ambrosio, et ad
ejus supplicationem evidenter apparet, et quia litterae ipsae propter earum
vetustatem quasi sint abolitae sigillo cereo quon. Praelibati Domini, quoerant mu-
nita carentes dubitatur per supplicantes antedictos ne forte contra hujusmodi
litteras occasione dictae Derivationis in futurum obijciatur, et ex hoc ipsis super
magnum consequi posset incomodum dignemini attenda dicta antiqua possessione
Derivationis praefatae dictas litteras, praefati quon. D. Genitoris confirmare, et
cautelam suppl. antedictis de novo concedere, quod possint, et eis liceat per se, suos
heredes, et Successores libere, et impune uti, et gaudere beneficio Derivationis dictae
Aqua, dicti Fluminis Olona, per Ruggiam antedictam, eis modo, et
forma prout hactenus gavisum fuerunt memorati q. D. Ludrisius, & Amb.
sius, ac dicti supplicantes videlicet incipiendo die Mercurij hora sextae usq.
ad diem Luna hora sextae inclusive, cujuslibet hebdomadae. Quare praemissis
attentis signantur, quod ex inspectione litterarum Illustrissimi Bonae Memori-
ae quon. D. Genitoris nostri, de quibus superius agitur apparet praefatum D. Gen-
rem nostrum habuisse Informationem a Vicario, et Duodecim Provisionum, n.
non a Judice aquarum, et Sindico tunc Communis nostri Mediolani per quam
plene comprehenditur Ruggiam de qua supra fit mentio ex ordinatione, et Ma-
dato Mag. quon. D. Lucchini Vicecomitis fuisse constructam Viceco-
mitibus Avo dict. supplicant, et ab inde ultra continue dictum D. Lodri-
seum usque quo vixit, et post ejus mortem supra scriptum D. Ambrosiu

fuisse, ac stetisse in pacifica, et quieta possessione Derivandi, et Vertuaria faci-
-endi de Aqua Olona predicta, quae quidem exceptuantur a generali
prohibitione Derivationis Aquae Olonae vigore cuiusdam Statuti Communis
Mediolani harum tenorum dicit. supp. ex certa scientia liberalitate complacentes
prefatig. celebris memoriae Illustrissimi Dni Genitorum nostri litterarum continen-
-tiam attendentes volumus, et concedimus quod ipsi supplicantes suiq. filij, et descen-
-dentes uti, et gaudere possint libere, ac impune beneficio Derivationis Aquae Olonae
predictae per Ruggiam predictam diebus dumtaxat quibus haecenus gavis fuerunt
ipsi quom. D. Ludovicius, & Ambrosius, ac supplicantes predicti quodq. possint
amovere, et amoveri facere quaelibet obstacula predictam Derivationem impediens
et in futurum in eadem solutum. Mandantes Iudice, et officiali Aquarum dicti Nostri
Communis Mediolani presenti, et futuro ceterisq. ad quos spectat, et spectabit quo-
-modolibet in futurum, quatenus has nostras concessionis litteras firmiter observent, et
faciant inviolabiliter observari, nec contra eas, nec in eis continentia quovismodo inter-
-tent, nec aliquo modo tentari permittant libere &c. faciendo revocari quamcumque
contra premissa novitatem intentatam; In quorum testimonium presentes fieri,
et registrari iussimus nostrig. sigilli impressione muniti. Dat. Mediolani diei
Septimo Augusti 1419. duodecima Indictione. Registrata ad Officium Provisio-
-nam Communis Mediolani in libro registri litterarum Ducalium anni supra-
-scripti in fol. 30. Conradinus subscripsit, et sigillat. sigillo Ducali in cera alba
more solito.

Anno 1464. pronunciatum fuit favore D. Vicecomitum pro usu dictae
aquae per dictam buccam ut infra videlicet.
Dicimus, sententiamus, pronunciamus, et per hanc nostram sententiam definitivam
pro Tribunali seden. super nostro solito banco Juridico suo super Palatio



Justitia, seu credentia, posito in Broletto novo Communis Mediolani
 ubi per nos, et precessores nostros Jura reddunt more solito, quod banicum, et que
 locum etiam per presentes specialiter elegimus, et deputamus pro nostro banu
 low, et Cris. pro infrascriptis specialiter peragendis, declaramus licere, et licetur
 esse. Philippo De Vicecomitibus quom. D. Simonis prose, et suis haere
 dis, extrahere, et derivare per extrahi, et derivari facere, ex et de aqua dicti flum
 nis Olona per quandam rugiam, qua appellatur Rugia de Vicecomitibus
 existen in territorio loci de Raude, et hoc diebus dumtaxat quibus gavisu fu
 runt retroactum temporibus ipse Philippus, et ejus antecessores a die privile
 concessi per quom. Ill. D. D. Philippum Mariam olim Duce Mediolani etc.
 signata Conradinus sub anno 1419. die 7. Augusti coram nobis presentati, et
 exhibiti per dictum Philippum, et quod quidem privilegium concessum fuit
 per prealibatum D. D. Ducem supradicto quondam D. Simoni, et D. Joan
 ni fratribus de Vicecomitibus rogat per Joannem de Longono Cesarum de Rezo
 Notarium a Civilia, et Dionisium de Prandonibus Notarium officij strataru
 pontium, et aquarum, et hoc in causa vertente inter utentes dicti fluminis Olona
 pro parte inferiori, et contra alios utentes a parte superiori videlicet a loco Nerv
 ani supra sub die nono Mensis Aprilis in vespere anni 1464. et apletam po
 Joannem de Longono Notarium &c. favore Magnificorum Pagnanorum, et ad
 instantiam Illustrissimorum Dominorum Vicecomitum.

Anno 1504. dicta Jura translata fuerunt in Jo. Paulum Pagnanum
 Per D. D. Duce Mediolani.

Ludovicus Dei Gratia Francorum Neapolis, etc Hierusalem Rex, ac Me
 -lani Dux &c. Has nostras Inspecturis salutem Existimantes requisition
 nobis factam per Annexam Jo. Mariae Vicecomitis supplicationem

non eam esse ad eum annuendam. Animus noster se difficilem præbere debeat
Hæc serie concedimus, et dispensamus quod ipse Jo. Maria potuerit,
ac possit transferre in nominationem Jo. Paulum, Jus aquæ de quo agitur
his modo, et forma, prout apud eum est. Quæ omnia valeant, et suum sortiantur
effectum per inde, et hæc si intervenisset, et interveniri licentia nostra his de
quibus supplicatio menimit, non obstantibus. Quibus omnibus ex certo decreto in
hæc parte tantum derogamus. Dat. Mediolani die 29. Aprilis millesimo
quingentesimo quarto, et Regni nostri septimo per Regem Ducem Mediolani ad
relationem Consilij signat. B. Chalus &c. et in calce Jo. Stephanus, et sigil-
lat. Sigillo Regio in cera rubea more solito Serenissime Rex Franchorum,
et Duc Mediolani &c. per litteras Illustrissimi, et Excellentissimi Domini
Philippi Mariae Ducis Mediolani predecessoris vestri in Ducatu Mediolani
concessum fuit nunc q. Simoni, et Joanni fratribus Vicecomitibus ad
eorum Vicecomitum supplicationem, quod ipsi supplicantes suique filij, et
descendentes uti, et gaudere possent libere, et impune beneficio derivationis, aque
fluminis Olonæ per quondam rugiam, quæ appellabatur, et appellatur
Rugia de Vicecomitibus in territorio loci de Raude, seu etiam de Corna-
redo Ducatus Mediolani diebus dumtaxat quibus hactenus gavisifuerant
q. D. Alvisius, et Ambrosius Vicecomites, ac supplicantes prædicti, et
prout latius in ipsis litteris Ducalibus continetur. Datis Mediolani die septimo
Augusti 1419, quæ litteræ, et seu earum copia M. V. exhibetur. Ipsum autem
Jus aquæ prædictæ effectualiter pervenit pro medietate in M. V. fid. ser. Jo.
Mariam de Vicecomitibus ex descendentibus dictorum supplicantium ex
qua aqua ipse Jo. Maria supplicans solitus erat irrigare, et irrigari
facere quandam petiam sprati sitam in dicto territorio de Cornaredo pert.

quadragesima, vel circa ubi dicitur ad Pratum Margaritæ, de quo
prato, et de jure ipsum pratum irrigandi ex dictis aquis Fluminis Olonæ,
dictus Jo. Maria fecit duas venditiones ab annis octo vel circa citra Jo.
Paulo de Pagnanis Mediolanensi, et exinde ipse Jo. Maria investitus
fuit libelli nomine de dictis bonis, et dicto jure a dicto Jo. Paulo, ut publicis
apparet instrumentis nuper autem dictus Jo. Maria valet quod dictum
pratum cum dicto jure dictarum aquarum pleno jure remaneret in dictum
Jo. Paulum, sed obstare videtur, quod jus dictæ aquæ concessum predecessoribus
dicti Jo. Maria ut supra non potuerit, nec possit transferre in dictum Jo.
Paulum non habita licentia Ducali.

Quare supplicantur M. V. parte dicti Jo. Maria, quatenus præmissis
attentis dignetur Majestas Vestra edicere, et quatenus expediat concedere et dispen-
sare quod ipse Jo. Maria potuerit, et possit transferre in dictum Jo. Paulum.
dictum in aqua et quo prædicta valuerint, et valeant, et teneant, et suum fortitatis
effectum perinde, et hæsi intervenisset, et interveniret licentia Ducalis non obstanti
quod jus dictæ aquæ fuerit concessum, seu donatum ut supra, et hæc omnia, et singula
quibuscumque legibus, juribus, statutis, decretis, et ordinibus, ac alijs quibuscumque
in contrarium disponentibus, vel aliam formam dantibus, etiam si talia forent de
quibus in eis litteris esset habenda specialis mentio, non attentis quibus omnibus, et
singulis M. V. ex certa scientia, et de potestatis suæ plenitudine etiam absolute
derogare dignetur.

Anno vero 1511 Illustris Dux Mediolani reliqua jura ipsius buca, et
aquarum ejusdem pro irrigandis pratis de Margaritis transtulit in
dictum Jo. Paulum Pagnanum, ut infra videlicet.
Lodovico Dei gratia Francorum Rex, et Mediolani Dux &c. Universis, et

Singulis hęc nostras inspecturis salutem nomine Gentilis Vicecomitis supplica-
tionem hęc annexam accepimus, ut autem in premissis quę honestę sint supplica-
tionem geramus, tenore presentium concedimus, et dispensamus quod Supplicans ipse
ad allegata in supplicatione contractus devenire possit cum dilecto nostro Jo. Paulo
Pagnano in supplicatione nominato, ita tamen quod pro hoc in prejudicium non
caudeatur presentem Camera nostrę, sed quod tantum Jo. Paulus ipse succedat in
juribus ipsius supplicantis venditoris, quę omnia postquam modo quo supra factu
fuerunt valeant, et teneant ac suum sortiantur effectum hęc, de quibus in supplicatione
fit mentio non obstantibus, quibus in hac dumtaxat parte derogamus, et deroga-
tione sper volumus. Dat. Mediolani die sexto decimo Januarij 1511, et Regni
nostri decimo tertio per Regem Ducem Mediolani ad relationem Consilij
Julius Atergo Gabriel Loren. cum sigillo Regis in cera rubea, ut moris est.
Venerabilissime Rex alias usque de anno 1419 die septimo Augusti nunc quondam
Simon, et Joannes fratres de Vicecomitibus supplicarunt tunc Duci Medi-
olani quod cum ipsi fratres, et eorum Avus, et genitor tunc annis septuaginta,
et pluribus essent in possessione, seu quasi derivatione, et derivari faciendum e
aqua fluminis Olonę, per quamdam Rugiam, quę appellatur Rugia de
Vicecomitibus sit in Territorio loci de Raude, seu et de Cornaredo Ducatus
Mediolani de qua ad obviandum futuris litibus, et pro majore declaratione de-
gnetur, non nullas litteras de quibus ibi fit mentio confirmare, et ad cautelam ip-
sorum fratribus pro se, suisq. hęcilibus, et successoribus denuo concedere qd possent et ex-
liceret libere, et impune uti, et gaudere beneficio derivationis dicte aque dicti
fluminis Olonę per rugiam amseditam, videlicet. Incipiendo quolibet die
Mercurij hora sexta, usque ad diem Lunę sequentem, hora sexta cujuslibet
hebdomadę ad quam supp. tunc prelibatus Illustrissimus Dux concessit,

Dictis Fratribus suisq; filijs et descendentes, quod uti, et gaudere possent libere,
et impune beneficio derivationis aquae Olonae praedictae per rugiam praedictam
sumtaxat, quibus tunc hactenus gauderi fuerint ipsi supplicantes, et eorum
precessores, et ut latius in ejs litteris, et supplicatione continetur quarum copia
ibidem M. V. exhibetur ipsorum autem jus aquae praedictae pervenit effectualiter
pro medietate in Jo. Mariam Viceromitum, et pro alia medietate in Gen-
tilium Viceromitum ambob; ex descendentes de praescriptorum Viceromitum, qui
Jo. Maria ^{##} et Gentilis ^{##} uti fuerunt supra scriptis pro eorum voluntate qui
alienavit etiam cum beneficio litterarum Majestatis Vestrae
non nulla ejus bona cum jure dictionum aquarum M. V. fid. ser. Jo. Paulo
Pagnano, non autem Domini Gentilib; Viceromes ex descendentes ut supra similiter
velet alienare praefato D. Jo. Paulo Pagnano, non nulla ejus bona quae irriga-
bantur ex dictis aquis, nec non, et ejus portionem aquarum ipsarum sibi spectan-
tium et jus eorum ut obstat videtur, quod jus dictae aquae concessum praedecessori-
bus dicti Gentilib; ut supra non posse transferri in dictum D. Jo. Paulum
non habita licentia Ducalis. Quare supplicat M. V. parte dicti Gentilib;
quatenus attentis illa dignetur, et quatenus expediat concedere, et dispensare
quod ipse Gentilib; possit transferre in dictum D. Jo. Paulum dictum ju-
aqua sibi spectan. vigore praedecessorum concessionum, et aliorum quorumcumq;
jurium suorum, et quod praedicta postquam facta fuerint, valeant, et teneant,
et suum sortiantur effectum, aliquibus statutis, decretis, et ordinibus in contrarium
facientibus non attentis, etiam si talia forent de quibus in his litteris est adhi-
benda specialis etiam de verba ad verbum mentio, et non obstat etiam quod
dictum jus aquae fuerit concessum modo, et forma quibus supra. Quibus omn-
bus Majestas vestra, ex certa scientia derogare dignatur.
Bona, quae irrigantur ex aquis dicti fluminis Olonae per antedictam

buccam fuerunt acquisita ab infrascriptis de Sagnanis, videlicet.
Dominus Lazarus de Sagnanis acquisivit a Antonio de Niccomitibus filio quon-
Joannis, non nulla prata, et bona appellata de Margaritis per instrumentum,
rogatum per Lancellotum sudatum die decimo Februarii anni 1466.
Per instrumentum divisionis facta inter dictum Dnum Lazarum, et Leonem
Martinum de Ferrago apparet pervenisse in ipsum Lazarum diversa cor-
pora bonorum tam prati, quam campi appellati de Margaritis rogatum per
dictum de Sudatis die 16. Decembri dicti anni 1466.
Pariter dictus Dominus Lazarus acquisivit a dicto Leone Martino alia prata
appellata de Margaritis per instrumentum rogatum per dictum de Sudatis
die quarto Februarii 1474.

Dominus Jo. Paulus Sagnanus filium dicti Lazari acquisivitque a Jo. Maria
de Niccomitibus fil. quon. Philippi non nulla alia prata appellata ut supra de
Margaritis cum juribus aquarum in specie dicti fluminis Clona per instru-
mentum rogatum per Simonem de Sagnano die 17. Maii 1496.

Subscriptus D. Jo. Paul. ultimo loco acquisivit a Gentile de Niccomitibus filio
quondam Philippi praedicti, praedicta alia prata appellata ut supra de
Margaritis cum ejusdem juribus aquarum dicti fluminis per instrumentum
rogatum per Hieronymum de Bernardigio die sexto decimo Januarii
dicti anni 1511, in quo instrumento reperitur descriptum supra scriptum
privilegium datum dicto anno 1511.

Praedicta omnia jura, una cum a hijs bonis relictis per Lazarum Sagnanum
junioem, et juribus aquarum, tam per dictam bucam de Niccomitibus, quam
per aliam bucam appellatam de pomis super dicto flumine Clona, perva-
rerunt in Jo. Franciscum Sagnanum filium dicti Lazari, et descendente

Suprascriptorum Lazarri Senioris, et Jo. Pauli per sententiam latam per
Illust. Magistratum extraordinarium Statutis Mediolani sub die ultimo
Junij 1586; rogat. per Antonium Rainaldum Notarium dicti Magistratus.
Item virtute retrovenditionis facta per Jacobum Rotulam de diversis petijs
terrarum prati appellat. de Margaritis cum juribus aquarum Fluminis
Olona per instrumentum rogatum per Julium Cesarem Daverium, et Jo.
Baptistam Pisinam Notarios Mediolani, die secundo Januarij anni 1584.
Item virtute sententiarum, ac apprehensionis fact. per dictum Franciscum Sagna-
num de pert. triginta prati de Margaritis cum juribus aquarum dicti Flum-
inis Olona ad prejudicium Marchionis Guido de Cusanis per instrumentum
rogatum per Bernardinum Ruffinum Notarium Mediolani die 24.
Novembris anni 1597.

1616. 3. Luglio de ord.^{ne} del Sig.^r Galeotto Visconte Senatore, e Conservatore di
esso fiume Olona, fu visitato tutti li Molini, e prati, e bocche di esso fiume
da S.^r Antonio Barca Ingegniero alla presenta de S.^r Bat.^a Prandone
Cancellero del Commis.^o, e li doi Campari, e fatta la relaz.^e del stato di esse
bocche si ritrova descritto la bocca del Sig.^r Fran.^{co} Sagnano nel territ.^o di
Luernato detta dei Margarita, ed un'altra detta de' pomi, sopra un
disegno con li prati, nome delli padroni, e sito di esse bocche, e non ritornano
d.^e leg.^e, perche non possono ritornare.

Concordat cum copia concordata ad Il Joseph Stomacino Cancell.
Fluminis Olona mihi exhibitio promissa, et collationato mox exhibe
restituto, et profide S.^r Ego Il Carolus Franc.^{cus} Smitt pub.^s de Coll.^o
M^oni Notarius, et Causidicus.



Mio Signore

La disuguaglianza del fondo, che al presente ha l'alveo detto
Olona tanto superiormente, quanto inferiormente alla
Bocca Margarita di ragione del Conte Don Ferdinando
Jovani Ser. Devot. mo. d. V. S. Mio come pregiudiziale
non solo al medesimo ma anche agli utenti inferiori perche
ristama verso i, e basso naturalmente fatta dall'acqua
indetto alveo, per conseguenza non può liberamente de-
correre, portala ne aspetta & supplicare V. S. Mio per il do-
vuto permesso accio si possa aguanziare il fondo del detto
alveo,empiendo que seni, e basso ove l'acqua ristagna, to-
to & sopra, quanto & sotto, in detti seni il che facilmente
puo farsi servendosi anche della ghiaia, e terra, che in altra
parte del detto alveo forma ghiaia, e rialzamenti in-
peditivi anche essi al libero corso dell'acqua

il Supplicante anche a sue spese, e da suoi uomini fa
fare la detta Opera, quando V. S. Mio gliene di permesso
mediante l'assistenza del Sig. Commissario, quale riconosca
le borse che saranno indicate dal Supplicante ed assista
al tutto, ridondante in vantaggio del fiume, e di chi ha inter-
esse, Porrebbe adunque tale provvidenza, non ad V. S. Mio
umilmente supplicandola degnarsi concedere al Supplicante il
permesso di poter fare coll'assistenza del Sig. Commissario a su-
o spese, e per mezzo de' suoi uomini l'Opera suddetta, il che e

1740. 10. Febr.

Inchioda in miei permesso di fare la suddetta opera conche il Sig.

~~1~~
Commissario di tutti i suddetti, e di tutti gli altri che
nella sua vicinanza dice insistenti, e dunque del Regno
Sogno. Et si quando videro delle bestie fatte occupare
acciò il fondo dell' Alveo di detto fiume fatti e sparpiano
a beneficio di tutti i suddetti &

1677 - Spizzoni